



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. I. An Beneficia Iurispatronatus sint exempta à reseruatione regulae 8.  
Cancellariae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

- pi etiam tacitus, vel si postea consensus huiusmodi superuerit.
- Talis cōsensus pr̄sumitur ex lapsu 30. annorum iuncta obser- 93. uantia, ibidem.
- 80 Consensus Episcopi non requiri- 94. tur, si Iuspatr. donetur Ecclesie.
- 81 Si laicus de consensu Episcopi ec- 95. clesiā monachis donaret, ex tali donatione non solum trans- fertur Iuspatr. sed etiam omnia iura temporalia, quae habebat 96. Episcopus.
- 82 Episcopi consensus non est nece- rius quando Iuspatr. donatur compatriono, secus si donetur filio Compatrioni Patre vincente.
- 83 An in fideicommissarium tran- feras Iuspatr. vel ius sepulchrorū.
- 84 An Iuspatronatus tranferat ad hæredes extraneos.
- 85 Quando Episcopus possit cogi ad huiusmodi assensum pr̄stans- dum.
- 86 Ecclesia Patronum inopem alere tenetur,
- 87 Quid si dos data à Patrono sit perempta.
- 88 Et quid si Patronus sit excom- municatus.
- 89 Ecclesia tenetur alere Patronum non solum de bonis à Patrono relīctis, sed etiam de alijs postea acquisitiis.
- 90 Hæc conclusio procedit etiamsi Iuspatronatus alteri donauerit
- 91 Patrono debentur alimenta etiā pendente lite super Iurepatr. te- nebitur tam en illa restituere si succumbat.
- 92 Supradicta conclusio intelligenda est, quando Patronus sum-
- ma egestate laborat, ac deducit oneribus beneficij, & expensis necessarijs pro Ecclesia, & pro substantiatione Rectoris.
- Patronus pro consequitione alimenterorum pr̄fertur Pensionario.
- Summa egestas quæ dicatur.
- Huiusmodi alimenta debentur Patrono habitu respectu ad qualitatem personæ, & ad facultates seu fructus ecclesie.
- Si Iuspatr. spectet ad Vniuersitatem, ecclesia solos Rectores Uniuersitatis in tali casu alere teneretur.

## C A P. VI.

## De Iurepatronatus.

## §. I.

An Beneficia Iurispatronatus sint  
exempta à reservatione regulæ  
8. Cancellariae.



Ico 1. quod beneficia Iurispatronatus laico- rum, dummodo sint ex fundatione, vel dotatione iuxta Concilium Tridentinum sess: 25. de Ref. cap. 9. libera sunt ab omnibus reservationibus etiam incorpore iuris clausis; & ideo institutio fieri potest, prout quotidiè fit, ab ordinario, nec est opus recurrere ad Papam pro ilia obtainenda vigore præsentatio- nis, latè Gonzal. super Reg. 8. Can- cell. glof. 18. num. 2. & seq. Germon- de indult. Cardin. S. volumus au- tem n. 29. St. phil. de mod. & form.

im-

- impetrant. & sequitur videre nu. 7.  
 & 9. Rot. coram Greg. decis. 48. n. 3.  
 & coram Martin. Andr. dec. 22.  
 num. 6. & in Barchinonen. Iuris-  
 patronatus 3. Aprilis 1645. coram  
 Corrado, quam refert Dian. post 8.  
 par. ref. mor. quod procedit, etiam  
 in reseruatione ad sit clausula,  
 motu proprio, aut illa verba, ad  
 cuiuscumque collationem, pro-  
 visionem, electionem, præsen-  
 tationem, & quāvis aliā dispositio-  
 nē pertineant, ut dicit Doctores,  
 quos refert, & sequitur Barbos.  
 de offic. episc. p. 3. all. 57. n. 26. quia  
 2 nunquam præsumitur, Papam hu-  
 iusmodi iurispatronatus deroga-  
 re, nisi id expressè ex litteris cō-  
 stiterit Staphil. loco cit. Conar. præ-  
 dic. qq. cap. 36. num. 1. Ricc. in Col-  
 lect. decis. 2453: par. 6. & alij com-  
 muniter. Vnde si continget,  
 primam dignitatem esse de Iure  
 patronarus laicorum, reseratio  
 regula quartæ Cancellaria istam  
 non comprehendenderet, sed aliam  
 subsequentem Barbos. d. all. 57. n.  
 102. ubi alios refert.  
 4 Dico 2. quod hac etiam excep-  
 tione gaudet beneficium iuris-  
 patronatus mixti, hoc est partim  
 laicalis, & partim ecclesiastici:  
 cum quia in fauorabilibus at-  
 ditur qualitas laicalis, tum etiam  
 quia propter mixturam Clerici  
 non debet priuari laicus iure suo  
 Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. n. 582.  
 ubi refert plures Rotæ decisiones  
 Card. Caualer. dec. 547: num. 5. &  
 decis. 571: num. 1 Ricc. in Prax. for.  
 eccl. par. 3. ref. 386. Andr. d. decis.  
 22. num. 6. & seq: hoc tamen pro-  
 cedit, quando Patroni laici ha-

bent maiorem, vel saltem equal-  
 em partem vocum: secus esset,  
 si pars vocum Patronorum ec-  
 clesiasticorum esset maior, & po-  
 tentior, veluti si iuspatronatus  
 ad vnum laicum, & adduos cle-  
 ricos ratione ecclesiarum spe-  
 ciat: tunc enim censeretur ius-  
 patronatus ecclesiasticum, cum  
 à potentiori fiat denominatio,  
 & per consequens caderet  
 sub reseruatione Gonzal. ut sup.  
 glos. 18. num. 8. & seq. Conar. loco  
 cit. num. 5. Card. Caualer. d. decis.  
 547. nu. 2.

Sed quæres, quando iuspatro-  
 natus censeretur ecclesiasticum?  
 Resp. Iuspatronatus dici ecclæ-  
 siasticum, quando ex bonis ec-  
 clæsiæ beneficium fundatur, vel  
 dotatur: vel quando ratione ec-  
 clæsiæ competit alieti Gonz. d.  
 glos. 18. num. 5. Barbos. de offic. &  
 pot. Episc. par. 3. all. 72. numer. 128.  
 vel quando à laico donatur ec-  
 clæsiæ cap. vn. §. fin. & ibi glos. &  
 DD. de Iure patr. in 6. Andr. d. dec.  
 22. num. 7. & seq. Caualer. dec. 278.  
 num. 3. quemadmodum è con-  
 uerso iuspatronatus eclesiasticu-  
 transiens ad laicos permutatio-  
 ne, vel alio titulo oneroso ac-  
 cedente Superioris auctoritate,  
 efficitur laicale, ut decisum re-  
 fert Barbos. loco cit. quicquid divat  
 Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref.  
 143. qui censet, iuspatronatus  
 fundatum de proprijs bonis sive  
 à clericis, sive à laicis semper di-  
 ci seculare, etiam si relinquatur  
 ecclæsiæ.

6 Quæres 2. an valida sit institu-  
 tio facta ad præsentationem, &  
 in-

instantiam aliquorum Patronorū non proposito publico edicto, nec causa discussā secundū formam præscriptam in c. fin. de elect. in 6. Resp. institutionem in tali casu esse ipso iure nullam, & invalidam: quamvis enim text. in d. cap. fin. loquatur de electione, habet tamen locum etiam in præsentatione secundū glos. ibidem in ver. electione, & Doctores omnes, ut obseruat Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. numer. 24.

### §. II.

An beneficia parochialia Iurispatronatas conferri debeant per concursum.

**D**ico 1. quod in Parochialis bus de Iurepatronatus laicorum non requiritur cōcursus, sed sufficit, quod præsentatus à Patronis examinetur ab examinatoribus in Synodo deputatis, & si idoneus reperitur, est admittendus, & insitituendus iuxta Conc. Tridentinum eff. 24. de ref. cap. 18. & pluries resolutus Sacra Congregatio Concilij, ut refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 519. Pias. in Prax. episc. par. 2. c. 5. num. 18. verf. in curato.

**3** Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, quando parochialis de Iurepatronatus laicorum deuoluta est ad ordinarium: quia tunc per concursum est cōferenda iuxta decretum Sac. Congregationis apud Barbos. de officio Paroch. cap. 2. num. 13. **4**

Limitant secundò, quando sūt

plures præsentati, quia tunc etiā inter ipsos tantum debet fieri concursus, ut eligatur magis idoneus, ut censuit Sac. Congregat. Concilij apud Greg: d. decis. 494. num. 2. Risc. loco citato Pias. vbi supra num. 18. quod intelligendum est, vbi singuli præsentati haberent æquales voces, alias si vnuus haberet plures voces, ille solum est examinandus absque concursu aliorum Rot. decis. 117. par. 2. in nouis. & coram Mantic. decis. 86. & coram Seraphin. decis. 875. & coram Durano decis. 44. num. 10. & in Compostell. Parochialis 20. Febr. 1630. coram Merlino, & in Pampilonen. Parochialis 26. Iulij 1626. coram Buratto, quas refert Barbos. de officio. & potest. Episc. par. 3. all. 72. num. 197.

**10** Obserua tamen 1. quod si habens maiorem partem vocum se subiiceret examini, & concursui, sibi præjudicaret; quia faceret se parem, & perinde habendus esset, ac si haberet pares voces, ut decisum refert Beltramin. ad Greg. d. dec. 494.

**11** Obserua 2. quod si Iuspatrionatus pro medietate vni familie, & pro medietate alteri competenter, tunc præsentatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cum illo, qui præsentatus est ab omnibus Patronis alterius vocis Card. Caualer. decis. 519 num. 4. Quare si vna familia præsetaret V. G. Petrum, & due voces alterius familie, que in octo voces diuisa sit, adhereret eidem Petro, non ex hoc diceretur præsentatus à maiori parte: quia alia sex